



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXXVI. Contritio ex timore pœnæ seruili an sit bona?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

vos fornicatio, qualis nec inter gentes; ut vixorem patris sui aliquis habeat. Huic tamen correpto ac pœnitenti condonauit.

5. His adde repetita altius: In Regibus Israel, quis Achabo scelerior? 3. Reg. 12. In Iuda regno quis peior Manasse? 2. Paral. 33. Pœnitentibus tamen veniam obtigit. Et Iudæ proditori eam obtuli ipse, ac sibi.

6. Prophetæ vniuersè clamant, ut Ezech. 18. 33. Nolo mortem peccatoris. Sic Isa. 1. 55. Jer. 18. &c. Ioel. 2. OMNIS, qui inuocaverit Nomen Domini, saluus erit: at omnis serio contritus inuocat Dominum. Hinc, ibid. Inter vestibulum & Altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent: generaliter, Parce Domine, parce populo tuo. Quin & Niniuiti, prædicauit Ionas & Rex Iohann. 3. Operiantur fatus homines, & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine. Et ego Omnes peccatores suscepit; Quin Agnus fuit a sum Dei, qui tollit peccata mundi, quot, quanta, qualiacunque sint.

QVÆSTIO XXXVI.

Contritus ex timore poena Seruili, an si bona?

LIV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERVS. Seruiliis timor hypocritas facit, augetque peccatum.

LVTHERO-CALVINISTAE vero eam adprobant, ut bonam, nobiscum.

CHRISTVS. 1. Ego multis studui timorem inutere gehennæ per & minas, & increpationes. Mat. 5. 13. 24. 25. Mar. 9. Luc. 12. Sic & Præcursor meus, Mat. 3. Genimina vi per arum, quis vobis demonstravit fugere à ventura? Sic Psaltes.

7. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit.* &c.

2. Ut ille timor est: Nam Eccl. 1. Timor Domini expellit peccatum: cap. 25. est initium dilectionis eius. Isa. 26. At timore tuo concepimus, & peperimus spiritum salutis. Mat. 1. Si ego Pater vester, ubi est honor meus? Si Dominus, ubi timor meus?

3. Hinc mandaui, Matth. 10. Timete eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam.

4. Hinc eundem timorem inspirat Deum: Rom. 8. Non accepisti Spiritum servitutis iterum in timore: sed accepisti Spiritum adoptionis filiorum. &c.

QVÆSTIO XXXVII.

An si necessaria CONFESSIO de Iure diuino?

LV. ANTICHRISTIANISMVS.

LVTHERANI Vtile ac necessariam aiunt; negantque:

CALVINISTÆ vllam esse necessariam per-

negant, cum Montanistis, Nouatianis, Massa-

lianis, &c.

CHRISTVS. I. Quia nolo mortem peccatoris; sed magis ut conuertatur, & viuat: Ideoque non veni vocare inflos ad pœna. sed peccatores: idcirco hi quoque tenen-

tur iure diuino circumspicere sibi re-

conciliationem cum Deo. At huic ne-

cessarium est unicum illud, post baptismum,

Confessionis medium Sacerdoti

faciundæ: Quocirca ad hanc tener iuri-

re diuino peccatores necesse est. Atq;

ea causa Iudices constitui Sacerdotes,

lapsorum reconciliatores. Iudicium ve-

rò nequit fieri, aut fingi, sine prævia cau-

ſe cognitione:

M

Quo-

